Alterius aūt dato q tentatiua sit q̄dā dialetica t magis sit q̄dā dialetica q̄z q̄daz ars spālis. Dubitaret forte aliqs. si est q̄dā dialetica: t est quodāmō idē qđ ipa: utz sit idē q dialetica docēs. ¶ Dōm q dialetica ex hz dicit docens iquātū fistit in ꝓpriis termis. naz ꝓput ascēdit in scias spāles nō meret dici docēs: qz eas docē nō pōt. supfluerent eni spāles scie si sciēdo dialeticā eēm⁹ sufficiēter edocti i spālib⁹ disciplinis. Cū ḡ tētatiua ꝑm q h⁹¹ nō fistat in termis dialetice: sz descēdat in scias spāles: qz est de coib⁹ ad ꝓpa. tētatiua ꝑm q h⁹¹ nō erit idē qđ dialetica docēs.

Alterius forte dubitaret aliqs. utrū tētatiua sit idē qđ dialetica utens. t vī q sic dialetica eni ex hz dicit utens: qz sillm quē ꝯstituit utēdo eo applicat ipm ad alias scias. Sed hz vī eē officiū tentatiui: cū tētatiua sit dialetica quedā applicata ad ꝓpa spāliū artiū. ¶ Dōm q tētatiua ꝓpe t formalr nō est idē qđ dialetica utēs. sz eni ut sufficiēter p̄missa rō ꝓbabat. tētatiua magis q̄z cōueniat cū dialetica utēte q̄z cū dialetica docēte. nō tñ est oino idē qđ dialetica utens. differt eni ab ea in fine t intētione. nam finis dialetici utētis est aggīare opionē: sed finis tētatiui est expiri. idē ergo sillis pōt eē dialeticus t tētatiuus: sed dialeticus utēt illo sillo ad inuestigationē ueritatis. intendit eni dialeticus iuestigare uerū sub mō ꝓbabili. tētatiu⁹ vo utēt eo ut sumat expimētū de rndente.

Alterius forte dubitaret aliqs. utrū tētatiua faciat p se sciaz. ¶ Dōm q scie secātur quēadmodū t res de qb⁹ sunt: ut pōt hēri ex 3° de aia. que ḡ nō ꝓpe hñt distincta sbiecta: nō ꝓpe merent dici distincte scie. t qz tentatiuus ꝓncipalr uersat circa sillm dialeticū: sz ab alio fine ytat eo: nō ꝓpe facit aliā sciam qz diuersitas ex usu q̄si p accīs se hēt ad id de q̄ est ꝯsideratio: ex quo appet q sz rhetorica sit alia scia a dialetica: qz entimema de quo est ꝓncipalr rhetorica differt a sillo: t aliud est istrim rhetoris: aliud dialetici. tētatiua tñ nō est ꝓpe alia a dialetica: qz sillis tētatiuus nō est ali⁹ a sillo dialetico. nō est aliud istrim hui⁹

ꝛ illi⁹:ſed ſolū dīnt in modo utēdi: eo ꝙ reſpectu ſcie dīam facit accītalem.nā ſi diuerſitas ſciarū per com parationē ad utētes cauſaret eēntialem dīam iter eas eſſet confuſio in ſciētijs.nulla eni eēt adeo ſpeculatiua que nō eſſet practica:nec adeo practica que nō eēt ſpeculatiua.poſſet eni ꝙs affectare ſcire methaphiſicaꝫ ut per eā dirigereť in opando.etiā poſſet uelle ſcire artez brilem:ut nō ageret:ſed ut conſideraret.

Alterius forte dubitaret aliqs.utrū tentatiua poſſit dici ps dialetice. ¶ Dōz,ꝙ tētatiua dupl'r pōt dici ps dialetice.nā oē applicatū ꝛ ꝑ ctū ſm ꝙ h⁹¹ debet dici qd ptiale. cū ergo tētatiua nō ſit dialetica ſm ſe ſūpta:ſz ſit dialectica ꝑcta ꝛ applicata ad ꝓpa ſpāliū artiū:ſeqť ꝙ tētatiua ſit q̄dā ps dialetice.i.q̄dā ptialis dialetica.2° tētatiua dī ps dialetice: qꝛ nō oīs:uł nō oīmodo ſumpta dialetica eſt tētatiua. dialetica eni dupl'r pōt accipi.vz ſimpl'r:ꝛ ut dialetica quedaz:ꝛ dialetica ſimpl'r arguit ex ꝓbabilib⁹ ſimpl'r. dialetica vo q̄dā arguit ex ꝓbabilib⁹ rñdēti.tētatiua ꝙ que ꝓcedit ex his que videnť rñdenti.dicit̄ eſſe ps dialetice:qꝛ nō eſt dialetica quocūqꝫ modo accepta. ſz eſt dialetica quedā. Idem enim ſill's eſt dialeticus qdaz ꝛ tētatiuus.aliter tñ ꝛ aliter acceptus.

Hanc aūt nō eſt dialeticus circa genus aliquod determinatuz: neqꝫ oſtenſiuus ullius: neqꝫ talis qualis vniuerſalis.

¶ In pte iſta ut dicebať oñdit ꝓs alia via ꝙ cōſiderare de tentatiuis ptinet ad dialeticū. ¶ Ad cuius euidentiā eſt ſcīēdū ꝙ tētatiuus ideo eſt de ꝙſideratione dialetici:qꝛ tētatiuus non eſt gñis determinati:ſed eſt ex coibus ſicut ꝛ dialetica.tria ergo facit:qꝛ ꝑ° oñdit tentatiuā eſſe ex coibus:nō eē gñis determiati:ſicut ꝛ dialetica.2° diſtinguit coia ut oſtendat quō tētatiua eſt ex coibus.3° cōcludit cōcluſionē intētā.vz ꝙ de tentatiuis habet cōſiderare dialeticus.2ª pars ibi¦ Quī autē quidē ſunt multa.¦ 3ª ibi¦ Loci ergo de ſophicis elēchis.¦ In ꝑma parte intēdit talem rōnez.dialetica nō eſt generis determinati:ſed talis eſt tētatiua qualiꝭ eſt dialetica.ergo tētatiua nō eſt generis determinati. In hac aūt rōne ſic ꝓcedit:qꝛ ꝑmo oñdit ꝙ dialetica non eſt gñis determinati.2° ꝓbat ꝙ talis etiā ſit tentatiua. 3° cōcludit intētū.vz ꝙ tentatiua nō ſit gñis determinati.2ª ibi¦ Talis aūt tentatiua.¦ 3ª ibi¦ Quare manifeſtum quoniam nullius.¦ ¶ Ad euidētiā aūt ꝑme partis notandū ꝙ aliqd pōt eſſe generis determinati dupl'r.ꝑ° ex ipſis determinatis:ſiue ex ipſis ꝙſideratis ut ſi cōſideret uel determinet ita de iſtis ꝙ nō de alijs: ꝛ ſic geometria ꝛ ois ſcia ſpālis eſt generis determinati:qꝛ ita eſt de hoc ente ꝙ nō de alio: ut geometria ita eſt de magnitudine:ꝙ nō eſt de numero: ꝛ nālis phia ſic eſt de corpore mobili:qđ nō eſt de ſubſtātijs ſeparatis.2° aliqd dicit̄ eſſe generis determinati:nō ꝓpter ipſa determinata:ſed ꝓpter modū determinandi:ꝛ ſic metaphiſicus eſt generis determiati: qꝛ ꝛz ſit de omni ente:eſt tñ de oi tali non ſub omni rōne:ſed ſolum ſub hac rōne:ut in eo ꝙ ſunt entia.dialeticus aūt ut eſt artifex coīs:ꝛ ut eſt utens:ꝛ ut eſt quidā modus ſciendi applicabilis ad oēs ſciētias nō eſt generis determinati rōne cōſideratoꝝ ſm ꝙ ſcie ſpāles determinate dīnr qꝛ conſiderare hīnt de omni ente.ꝛ rurſus nō eſt generis determinati ex modo cōſiderandi:ut metaphiſicaqꝛ ꝛz dialeticus nō cōſideret de oibus ſub omni rōne: ſed cōſideret de oibus ſub qbuſdā intētionib⁹ coibus. nō tñ eſt ſic aſſignare vnā rōnem ſub qua cōſideret oia ſicut metaphiſicus.qđ quaſi ſub vna rōne:ut ſub rōne entitatis oia cōſiderat.ꝓpter qđ dato ꝙ dialeticus ex modo conſiderandi ſit aliquo modo generis determinati:ut ſupra innuebaſ:non tū eſt ſic generis determinati ut metaphiſica.duo ergo facit:qꝛ ꝑmo ꝓponit ꝙ dialetica non eſt generis determinati rōne conſideratorum:ſicut eſt artifex ſpecialis:nec eſt generis determinati ex modo cōſiderandi ſicut metaphiſicus qui eſt artifex cōmunis.2° ꝓbat qđ dixerat.2ª ibi¦ Neqꝫ ſūt omnia.¦ Dicit ergo ꝙ dialetica nō eſt circa aliquod genꝰ determinatū:ꝛ ſubdit ꝙ nō eſt oſtenſiuus nullius ſup. paſſionis determinate.i.non eſt determinati generis ꝓpter cōſiderata:ſicut artifex ſpecialis:ꝛ addit ꝙ dialeticus non eſt talis qualis vniuerſalis artifex.i.nō eſt generis determinati ex modo cōſiderandi ut metaphiſicus.Deinde cum dicit.

¶ **Neqꝫ eni ſunt omnia in vno aliquo genere:neqꝫ ſi eſſent:poſſibile ſub eiſdē ꝑncipijs eſſe ea que ſunt.**

¶ Probat qđ dixerat:ꝛ duo facit:qꝛ ꝑmo oñdit ꝙ dialectica nō eſt gñis determiati:ut ſunt artifices ſpāles. 2° ꝓbat ꝙ nō eſt gñis determinati ut artifex coīs ſiue ut metaphiſicus.2ª ibi¦ Si aūt oñdit.¦ Circa ꝑm duo facit qꝛ ꝑmo oñdit dialeticā nō eē gñis determiati ut ſunt artes ſpāles. 2° ex hoc ꝙcludit nullā artē ſpālē eē iterrogatiuā ſicut dialetica.2ª ibi¦ Quare nulla ars.¦ Dicit ergo ꝙ oia nō ſunt ſb vno aliquo gñe determito:ꝛ ſi eēnt: qꝛ forte diceret ꝙs oia eē ſb ente.nō tñ eēt poſſibile oia ea que ſunt eē ſb eiſdē ꝑncipijs. nō ergo oia entia ſunt ſb aliquo determiato gñe.tūc ergo ſupplendū eſt ꝙ cuz dialeticus ꝙſideret de oib⁹ entib⁹ nō erit determinati gñis. ¶ Notandū aūt ꝙ ut plane ꝓz hec rō nō plus ꝓbat niſi ꝙ dialeticus nō eſt determiati gñis q̄ztū ad ꝙſiderata:ſicut artifices ſpāles:qꝛ ut dictū eſt nō eſt de alīqb⁹ entib⁹ ſpālib⁹:nec eſt determiti generis:ſed eſt de omni ente.

Dubitaret forte aliqs.utrū oia ſint ſub eodē gñe. ¶ Dōm ꝙ coiter diſtinguit duplex genus.ſ.ꝑdicabile ꝛ ſubijcibile.genus eni ꝑdicabile eſt vnū de ꝙqꝫ ul'ib⁹.genus vo ſubijcibile eſt oē illud de quo ꝑncipal'r intēdit in aliq̄ ſcia. ois eni ſcia eſt vnius gñis ſubiecti ptes ꝛ paſſiones ꝙſiderans: ut dicitur primo poſteriorum.cum ergo queritur utrum oia ſint ſub vno genere ſi itelligit̄ de gñe ꝑdicabili planū eſt ꝙ nō oia ſūt ſb vno gñe.ens eniꝫ nō eſt genus ad decē predicamēta.ſed eſt analogū ad ea. ¶ Sed ſi queratur utrum omnia poſſint eſſe ſub eodez genere ſubijcibili.dicendum ꝙ ſi omnia accipiuntur ſub rōne ſpeciali:ſic omnia non ſunt ſub eodem genere ſubijcibili: ſed ſi accipiantur ſub ratione cōmuni:ꝛ in eo ꝙ entia ſic omnia ſunt ſub eodem genere ſubijcibili: quia omnia ſic accepta pertinent ad ſubiectum metaphiſice.cū ergo dialeticus ad ſpeciales concluſiones ſpecialium artium utatur ſillogiſmis ſuis.omnia ut ſunt de conſideratione dialetici:non ſolum non ſunt ſub eodem genere predicabili:ſed etiam non ſunt ſub eodem genere ſubijcibili.cum omnia entia ſub ſpeciali ratione accepta ad idem ſubiectum pertinere non poſſunt. ¶ Eſt enim diligenter notandum ꝙ licet dialetica ſit de omni ente:tamen ſi ſubiectuz accipiatur ꝓprie ſubiectū in dialetica non eſt totum ens:ſed ſunt res alicuius ratiōnis.uel huiuſmodi ſubiectum ſunt ipſe intētiones per actus rationis conſtitute.totum enim ens in dialetica non poteſt eſſe ſubiectum. quia omnia entia ut conſiderantur a logico ſub eodez genere ſubijcibili eē non poſſunt.ex quo apparet bene dictū eſſe dialeticā: ut cōſiderāt oia eſſe indeterminati generis:qꝛ non cōſiderat ea ut poſſunt eſſe ſub eodē genere ſubijcibili.

Alterius forte dubitaret aliqs.utꝛ oia ſint ſb eiſdē ꝑncipijs. ¶ Dicēdū ꝙ h qō re

cō.19. quirit ulteriorē ſpeculationē. ſpectat eni ad. 12m. metaphiſice. ubi querit utrū eadē ſint ꝑn̄a accidentis ⁊ ſbe: tñ q̄ſtū ſpectat ad itētionē logicā: ⁊ ad ſuſceptū negociū. poſſumus dicē q; ſi ꝑn̄a accipiant ſub rōne cōi: uel ſm quādā ꝓportionē ⁊ analogiā: ſic aliq̄ mō oia ſunt ſb eiſdē ꝑncipijs: ⁊ oia cadūt ſb ꝑncipijs eiuſdē artis. q; metaphiſicus de oib⁹ ꝓſiderat ſb rōne cōi: ⁊ oiuz entiū ſunt eadē ꝑn̄a ſm quādā ꝓportionē ⁊ analogiā: ſz ſi accipiant ꝑn̄a ſb rōne ſpāli: ⁊ ut ſūt de ꝓſideratiōe ſpecialiū artiū. ſic oium entiū nō ſunt eadē ꝑn̄a. ¶ Notādū ꝫ q; cū dialeticus poſſit applicare ſuas rōnes logicas ad ſpāles ꝓnes ſpāliū artiuz. q; entia ſb ſpāli rōne accepta: nō cadūt ſb eodē gñe ſubijcibili: nec ſb eiſdez ꝑncipijs ex his que dicta ſunt duplr̄ haberi pōt dialeticā nō eſſe determinati gñis. ꝑ⁹ q; entia ut cōſiderant a logico nō cadūt ſub eodē gñe ſubijcibili. ſcdo q; nō cadūt ſub eiſdē ꝑncipijs. 2ª ibi ⌊ Si aūt oñdit. ⌋ D. c. d.

¶ Quare nulla ars demōſtratiua alicuius nature iterrogatiua eſt: nō enim poſſibile utrālibet partiū dare. Nā ſillus non fit ex utriſq;. dialetica autem interrogatiua eſt.

¶ Ex eo ꝫ nulla ſpālis ars eſt indeterminati gñis: ſicut logica ꝯcludit ſolā dialeticā eſſe iterrogatiuā utriuſq; ptis ꝯdictiōis ⁊ nō alias ſpāles artes. d. ꝫ nulla ars demōſtratiua alicuius nāe. i. oñſiua alicuius ſpālis paſſionis de ſbo eſt iterrogatiua. ſup. utriuſq; ptis ꝯdictionis. ⁊ eſt rō q; ꝑ nullā artē ſpālē poſſibile eſt dare ſup. ſillogiſtice. i. ſillare utrāq; ptē ꝯtradictiōis. nam ſillus ſup. demōſtratiu⁹ nō fit ex utriſq;. i. nō fit ad utrāq; ptē ꝯtradictionis. dialetica aūt eſt iterrogatiua. q; pōt ſillogiçare utrāq; ptē ꝯdictionis. ¶ Notādum aūt ꝫ q; dialetica ex coib⁹ eſt: ⁊ per coia habemus viā ad ſillogiçādū utrāq; ptem ꝯdictionis. iō dialetica utroq; mō aliquā ptē ſillare pōt. artes aūt ſpāles: q; arguūt ex ꝓpriis per que non ꝯtingit ꝫ fieri. iō per ꝫ⁹ artes utraq; ps ꝯtradictionis ſillari nō pōt. ¶ Notādū ēt ꝫ artes ſpāles dicunt nō iterrogare nō ꝫ nullo mō iterrogēt: ſz q; nō iterrogāt utrāq; ptē. ille eni ꝓprie utrāq; ptem ꝯdictiōis iterrogare dr: q; quācūq; ptē rndens recepit pōt diſputare ꝯ ipm. ꝫ aūt artes ſpāles facē nō ualēt. q̄re ad utrāq; ptē ꝯdictiōis ſillare nō pñt. uel poſſum⁹ dicē ꝫ artes ſpāles dato ꝫ aliq̄ iterrogēt: nō tñ iterrogent omnia. quia non interrogāt ꝓpria ꝑncipia: ſed ſupponūt ea eſſe. q; ſi negarent nō haberēt vnde diſputarēt ꝯtra negātē ꝑncipia. Deinde cum dicit.

¶ Si āt oñdit: ⁊ ſi nō oia: ſz ꝑma ⁊ ꝓꝑa ꝑncipia nō interrogauit: nā ſi nō daret: iā nō haret ex qb⁹ amplius diſputaret ad iſtātiā.

¶ Probat qđ dixerat ꝫ dialetic⁹ nō ē determiati gñis: ut metaphiſicus. itēdit aūt talē rōnē ſi dialetica ſe haberet ſicut metaphiſica poſſet diſputare ꝯ negantē ſibi ꝑ⁹ ꝑn̄a. ſz ꝫ nō pōt facē logicus. q̄ nō ſe hēt dialetica ſicut metaphiſica. de hac aūt rōne nō plus ponit niſi ꝫ dialetica nō hēt vñ diſputet ꝯ negātē ſibi ꝑ⁹ ⁊ ꝓꝑa ꝑncipia. iō ait. ſi aūt oñdit ſup. ꝑn̄a dialetica. nō tñ oñdit oia ſz ꝑma ⁊ ꝓpria ꝑn̄a: nō iterrogauit ſiue nō interrogat ea. nā ſi rndens non daret ea iam nō hꝫet amplius ex qb⁹ diſputaret ad iſtātiā. i. ꝯ iſtātias ſuis ꝑncipijs.

Dubitaret forte aliqs. utruz diſputare poſſit dialetica ꝯtra negantē ꝑncipia ſicut metaphiſica. ¶ Dōm ꝫ in ꝫ ꝑ⁹phicoz diffuſi⁹ diximus: tñ ut ſpectat ad ꝓſens: dicē poſſumus ꝫ ſm q̄ſdā ꝑn̄a nō pñt ꝓbari via oñſiua. ꝓbant aūt via ad ipoſſibile. ⁊ q; nō ſpectat ad dialeticū ꝓbare aliqd ducēdo ad ipo^le. ideo dialetic⁹ ut dñt ꝑn̄a ꝓbare nō pōt: ſz metaphiſicus: ſz iſtud nō eſt bñ dictū. nā in ꝓbatiōe ꝑnci- cō.8.

pioz non eſt alia rō in via oñſiua: ⁊ ad ipoſſibile: nā ſicut ſimplr̄ nō ꝓbant ꝑn̄a rōne oñſiua. q; nihil eſt uerius eis. ſic nō ꝓbant ſimplr̄ ad ipoſſibile. q; nihil eſt falſius oppoſitis ꝑncipioz. ſi eni ſimplr̄ uellemus arguē oñſiuis rōnib⁹ ꝯ negātē ꝑn̄a: oporteret nos accipe aliq̄ ueriora q̄z ꝑn̄a que negant: ſic ſi uellemus ducē aduerſariū ad ipoſſibile: oporteret nos eū ducē ad aliq̄ falſiora q̄z ſint oppoſita ꝑncipioz que ab ipſo ponunt. ſimplr̄ ꝫ nec oñſiue nec ad ipoſſibile ꝓbant ꝑn̄a. huic aūt poſſunt ꝓbari utroq; modo. nō eſt ꝫ alia rō de ꝓbatione oñſiua: ⁊ ad ipoſſibile. ¶ Sciēdū ꝫ q; dialetic⁹ ut eſt artifex coīs pōt ꝓbare ꝑn̄a: ſz ut eſt artifex ſpālis ꝑncipia ꝓbare nō pōt. ⁊ q; ut eſt docēs ⁊ directe nō eſt artifex coīs. ideo lz aliq̄ ꝑma ꝓbare poſſit: ꝓpria tñ ꝑncipia ad que comparat ut docēs ⁊ ut eſt artifex ſpecialis probare non poteſt. q; nulla habet probabiliora illis. de metaphiſico aūt nō eſt ſic. q; ipſe per ſe ⁊ directe ⁊ ut eſt docens eſt artifex cōmunis. ideo ſignanter dixit philoſophus ꝫ principia prima ⁊ propria dialeticus probare non poteſt. innuens ꝫ lz aliqua prima ꝑncipia probare poſſit: ut illa ad que cōparatur ut utens ⁊ ut eſt artifex cōmunis. propria tamē ⁊ prima principia ad que comparatur ut docens: ⁊ ut eſt artifex ſpecialis probare non ualet. quare autem artifex ut eſt cōmunis principia etiam propria probare poteſt ⁊ nō artifex ſpecialis in phiſicis ſufficienter expreſſimus. ad preſens autem ſufficiat ſcire ꝫ dialeticus non eſt communis artifex. ut metaphiſicus. quia non poteſt probare principia ſicut ille.

Alterius aūt. dato ꝫ dialeticus nō ſit artifex coīs ut metaphicus. q; metaphiſicus eſt cōmunis per ſe ⁊ directe: cuz ſit directe ⁊ per ſe de toto ente: dialeticus vo eſt artifex coīs non per ſe ⁊ directe: q; ſic eſt de his que ſe tenent ex ꝑte rōnis: eſt tamen coīs ex ꝑnti in q̄ſtum talia ad oia entia applicari pñt. ¶ Dubitaret forte aliquis. utruz dialetica ut eſt cōmunis ars cōſideret omnia ſub vna ratione: ⁊ videtur ꝫ ſic. q; ſicut metaphiſica cōſiderat omnia ſub vna ratione: ut in q̄ſtuz ſunt entia. ſic dialeticus videtur cōſiderare omnia ſub vna ratione: ut in q̄ſtum ſunt rōnabilia uel opinabilia. oppoſituz aūt ſuperius diximus: ubi dicebatur ꝫ ex modo conſiderādi non eſt ſic determinati generis dialeticus ut metaphiſicus: q; non cōſiderat ſic omnia ſub vna ratione: ut ille. ¶ Rñdeo dicendū ꝫ conſiderare omnia entia ut ſunt rōnabilia: ⁊ ut poſſunt ꝓbari per rōnes logicas: non eſt ꝓprie conſiderare ea ſub vna rōne. q; ſpeciales ꝯcluſiones ⁊ propria artium ſpāliū ſm ꝫ ſic ſunt: ꝓbari poſſunt per rōnes logicas: ſed ꝯſtat ꝫ omnia entia ſic accepta nec cadunt ſub eodem genere ſubijcibili nec ſub eiſdez ꝑncipijs. bñ ꝫ dcm̄ eſt ꝫ ét ex mō ꝯſiderādi metaphiſicus eſt magis determiati gñis q̄z dialetic⁹: q; meta^c⁹ ꝯſiderat oia ut cadūt ſub eodē gñe ſubijcibili: ⁊ ut ſunt quodāmō ſub eiſdē ꝑncipijs: qđ de dialetico dici non pōt. ¶ Ulteri⁹ aūt ad itell'm lr̄e notādū ꝫ lr̄a illa. ſi āt oſtēdit ⁊c̄. quā expoſuim⁹ de dialetico ponēdo diam iter ipz ⁊ metaphiſicū. q; nō ſic pōt oñdē ꝓꝑa ⁊ ꝑma ꝑn̄a ut metaphic⁹: poſſet exponi de artificib⁹ aliis ſpālib⁹ qui ēt ad ꝓꝑa ⁊ ꝑ⁹ ꝑn̄a diſputare nō pñt. Deide cū dic.

¶ Talis aūt eſt ⁊ tentatiua: neq; enim tētatiua talis eſt qualis eſt geometria: ſed quā habeat ⁊ non ſciens aliquis.

¶ Poſtq̄ oſtēdit ꝫ dialetica non eſt gñis determinati. ait talē eſſe tentatiuā. ⁊ duo facit. q; primo proponit quod intendit. 2º probat quod dixerat. 2ª ibi ⌊ Eſt eni experimentū ſumere. ⌋ Dicit ergo ꝫ talis eſt tētatiua qualis ſup. eſt dialetica. q; eſt. ſ. ex coibus: ⁊ nō eſt ſicut alie artes ſpāles. ideo ſubdit ꝫ tentatiua non eſt talis

q̄lis ē geometria: qz nō est ex ꝓpꝛijs: sz talis est tētatiua quā hēt. i. quā ꝓtigit hīe aliqs nescies. ¶ Notādū āt q̄ si aliqs eēt per oēm modū iscius ꝑm q̄ hoꝝ nō posset hīe sciaz tētatiuā: sz si est ignorās in ꝓpꝛijs: dū tñ aliq̄ mō nouerit coia poterit hīe sciam tētatiuā. Cū ḡ dicit q̄ nescientē ꝓtingit hīe sciaz tētatiuā intelligendū est nescientē ꝓpꝛia: scientē tñ cōmunia. Deinde cū dic.

¶ Est enī expimētū sumē nō sciētis: z euz q̄ nescit rē siqdē dat nō ex qb⁹ nouit: neqz ex ꝓpꝛijs. seu ex ꝯsequētib⁹: quecūqz talia sunt que sciētē qdē nihil phibet nō scire artem: non scientē aūt necesse est ignorare.

¶ Probat qđ suppositū erat. vz. q̄ nescies possit tētare. d. q̄ nō sciētis est sumē expimētū. i. expiri eū. s. rñdentē q̄ nescit rē: qz si rñdēs dat ex qb⁹ nō nouit. i. rñdet ad ea que nō nouit opponēs sup. sumet expimentū de ignorātia rñdētis nō ꝓpꝛijs: sz ex ꝯsequētib⁹. i. ex coib⁹. sufficit ḡ dare coia: ut possum⁹ tētare. Et manifestat que sunt illa ꝑm que fit tētatio. d. q̄ hoꝝ coia sūt q̄cūqz sunt talia que sciētē nihil phibet nō scire artē. nō sciētē aūt illa coia necesse artē ignorare. ¶ Notandū aūt ex hīs sufficiēter haberi tētatiuā nō esse gīis determinati: sz esse ex coib⁹ postq̄z sciētes solū coia tētare pñt. ¶ Notādū ēt q̄ qz nescientē rñdere ad coia: manifestū est ipz ignorare artē. sciētē tñ rñdere ad talia nō opz ipm scire artē: qz scitis coib⁹ nō pp hoc scit ars: ignoratis autez ignorat. inde est ḡ q̄ tētatiua ut hoc de ea logmur dī experiri eū qui nescit rē: nō aūt eū qui scit. Deinde cū. d.

¶ Quare manifestum: quoniā nullius determinati tētatiua disciplina est: nam oēs artes utuntur cōmunibus quibusdam.

¶ Cōcludit ex dictis tentatiuā non eē gīis determinati. nā si dialetica nō est gīis determinati ut ꝓ⁹ ꝓbatum fuit: z talis est tētatiua q̄lis dialetica. ut postea oñdebatur. segt q̄ tētatiua nō sit gīis determiati. ¶ Ad euidētiā huius ptis sciēdū tētatiuā dupliꝛ nō eē gīis determinati. ꝓ⁹ quātū ad ꝯnes ad quas applicari hēt: qz quodāmō ad oēs artes applicari pōt. cū oēs artes utātur qbusdā coibus. 2⁹ tētatiua z etiā dialetica q̄dāmō nō sunt gīis determinati quātū ad pticipātes eas: qz oēs tā idiote q̄z etiā sciētes aliq̄ mō pticipāt dialetica z tētatiua. duo ḡ facit. ꝑm q̄ duplici mō cōcludit tētatiuā nō esse gīis determinati. 2ª ibi⌊ Quare z oēs idiote. ⌋ Dicit ḡ manifestū esse qm̄ tentatiua est disciplina nullius gīis determinati. eo q̄ de oib⁹ est. i. ad oēs artes applicari pōt: nā oēs artes utunt qbusdā coib⁹ ꝑm que pōt circa illas accidere tentatio. Deinde cū dicit.

¶ Quare oēs etiā idiote quodāmodo utūtur z dialetica z tentatiua: nā oēs usqz ad quid conant diiudicare ꝓnunciātes: hec aūt sunt cōmunia: nā ea nihil minus sciūt ipsi: quāuis videantur ualde extra dicere.

¶ Cōcludit tētatiuā: z etiā dialeticā non esse gīis determinati quātuz ad pticipātes eas. z duo facit. qz ꝓ⁹ ait q̄ oēs etiā idiote quodāmodo ipsi participāt tētatiua z dialetica. 2ᵒ dat modū quō pticipant eas ibi⌊ Arguunt ergo oēs. ⌋ Dicit ḡ q̄ oēs etiā ipsi idiote utunt q̄dāmō dialetico z tētatiuo: nā oēs ꝓnūciātes. i. oēs utētes sermone conant diiudicare z cognoscere etiam ipsi idiote. ideo subdit q̄ ea. i. coia nihilominus sciūt ipsi. s. idiote: q̄uis videant ea ualde ex dicere. i. ualde extranee dicere. quia nō ꝓferunt ea per moduz artis.

cō. ꝓ⁹ ¶ Notādū aūt q̄ ꝑm cōmētatorē 2⁹ metaphisice. coia sūt q̄si locus ianue in domo: que nullus ignorat: z qz dialetica z tētatiua circa hꝰ coia uersant. iō oēs utentes sermone z etiā ipsi idiote aliq̄ mō pticipāt dialetica z tētatiua inquātū de hꝰ coib⁹ aliquā notitiā hūt. ¶ Mōndū ēt q̄ res dī eē qd q̄tū ad gen⁹ qz ex hoc est aliqd in gīe inquātū hēt qdditatē distātez ab eē. dī aūt eē aliqd. i. aliud qd quātū ad spēm. qz dīa specifica aduenīēs gīi ꝓstituit aliud. dicit aūt esse hoc aliqd signatum quātū ad esse pticulare. posset ḡ q̄ uellet exponē ꝑm q̄ idiote conant diiudicare utiqz ad aliquid: qz aliquā cognitionē hūt de qdditate: cū cogñscāt coia z gñalia ꝑm que cōpetit ei q̄ sit qd. non tñ conant diiudē ut ad aliqd: qz specialia ignorāt: sz hec expositio lz cōtineat bona uerba. nō tñ videt ire ad mētē phī: nā ubi nos habemus q̄ idiote conant diiudicare usqz ad qd: greca correctio hēt usqz ad aliqd: exponet ḡ de spē nō de genere. ideo possumus dicē q̄ idiotis nota sunt coia z ꝑ ea conant diiudicare z descendere usqz ad spālia: sz ꝑ iperitiā phibent ne ad notitiā eorū ꝓueniāt. D. cū. d.

¶ Arguunt ergo omnes: naz sine arte participāt id de quo artificialiter dialetica est: z arte sillogistica tentatiuus z dialeticus.

¶ Ostendit quō idiote ptícipāt dialetica z tentatiua. q̄ ptícipāt eas sine arte dicēs. q̄ oēs ēt ipsi idiote arguūt s. dialetice z tentatiue: sz sup. hoc agūt non artificialr. iō ꝓbdit q̄ sine arte ptícipāt illō de quo artificialr est dialetica. tentatiuus ḡ sillogs z dialeticus qui arte sillogistica sūt sup. sine arte ptícipant ab idiotis. ¶ Notāduz aūt q̄ vulgares z ēt idiote aliquo mō arguūt z sillogiçant: sz ignorāt se sillogiçare z nesciūt fozare sillos per modū artis. ideo talia dicuntur participare sine arte.

q

Uoniam autem sunt multa quidē hec: z de omnibus: non talia autē ut natura quedā sit z genus: sz uelut negatiōes: alia aūt nō talia sed ꝓpꝛia.

¶ Postq̄z ꝓbs oñdit q̄ tentatiua est ex coibus: z non est gīis determiati. In pte ista distinguit coia ut ostēdat quō tentatiua circa coia uersat. duo ḡ facit. qz ꝓ⁹ distinguit coia. 2⁹ oñdit quō per talia coia ꝓtingit tentare z sumē expimentuz. 2ª ibi⌊ Est aūt ex hīs. ⌋ Dicit ḡ q̄ multa sunt hꝰ. i. multa sunt coia z de oibus. i. que sunt q̄si coia ad oia. z hꝰ coia nō sūt talia: ut sint sic nā q̄dam determiata: ut sic genus aliqđ determinatū: sz hꝰ coia sunt uelut negatiōes. qz sūt indeterminati gīis: sic negatio ꝑm q̄ hoc nō dī aliqd determiate ponē. alia vo coia nō sunt talia: sz sunt q̄si ꝓꝓa. ¶ Notandū aūt q̄ in oi arte est assignare q̄dā coia illi⁹ artis que sunt q̄si ꝓꝓria ad aliā artē: ut determiata in lib⁹ phisicoꝝ: lz sint ꝓꝓa nāli phie: sunt tñ coia ad totā sciam nālē: quedā vo sic sunt coia: qz non sunt alicuius artis spālis: cuiusmodi sunt logicalia: z ea que sunt de ꝯsideratiōe artificis cōmunis. coia ḡ sunt in duplici gīe. qz quedā sunt q̄si ꝓꝓria: quedā vo sunt indeterminata z q̄si negatiōes: q nō cōpetūt spālr alicui arti spāli. Deinde cum dicit.

¶ Est enī de his oib⁹ expimētū sumē z esse artē quādā z nō talē eē q̄les que mōstrāt.

¶ Oñdit quō tentatiua se hēt ad hꝰ coia. z duo facit. qz ꝓ⁹ oñdit q̄ per hꝰ coia hēt ꝓcedere tētatiua que nō est alicui⁹ gīis determinati. 2⁹ ꝓbat qđ dixerat ibi⌊ Eo q̄ litigiosus. ⌋ Dicit ergo: q̄ ex hīs. i. ex hꝰ coib⁹ ꝯtingit sumere experimentū ex oibus: ꝯtingit esse ex cōmunibus quādam artem tentatiuā q̄z non contingit esse tales qualēs sunt artes que demonstrāt. i. quales sunt scientie speciales. Deinde cum dicit.

¶ Eo q̄ litigiosus nō est sic se habēs oino: ut falsigraphus. Nō enī erit paralogism⁹

ex determinati cuiusdam generis princi-
pijs:sed circa genus omne erit litigiosus.

¶ Probat qđ dixerat.vz.q tētatiua nō est gñis determi
nati uel nō est talis quales sunt artes que demonstrāt
qđ iō ꝓtingit.qr litigiosus.i.qr fill's tētatiu⁹ nō est oi-
no sic se hñs ut falsigraphus.nā fill's palogistic⁹.i.fill's
tentatiuus ꝛ litigiosus nō est ex ꝓncipijs determinati
cuiusdā gñis.i.alicui⁹ determinate artis:sz h⁹¹ fill'us li
tigiosus est circa oē genus.i.est applicabilis ad oēz ar
tē.si ḡ falsigraphus est ex ꝓncipijs alicui⁹ determinate
artis:ꝛ tentatiu⁹ in ℏ differt a falsigrapho.qr est circa
oē gen⁹.pz q ex hac dria segt tētatiuā artē nō eē sic sūt
artes q̄ demrant.qr nō ē determiati gñis ut ille.D.c.d.

¶ Loci ergo de sophisticis elēchis hi sunt.

¶ Lōcludit ꝯnē itētā.vz.q ad dialeticū ptinet cōsidera
re de fill'is tētatiuis.ℏ aūt ꝯ segt ex tota p̄cedēti arte.
nā si dialetica nō est gñis determinati:ꝛ talis est tētati
ua q̄lis est dialetica.qr nō est gñis determinati:nec est
talis:q̄les sunt artes que demrant segt q determinare
de tētatiuis nō ptinet ad artes que demrant:sz spectat
ad dialeticā que nō est gñis determinati:sicut nec tēta
tiua.In ꝓcludēdo āt qđ dcm̄ est tria fac̄.qr p⁹ ait fill'os
tētatiuos eē de nūo fill'oꝝ sophicoꝝ.2⁹ ondit q de ta-
lib⁹ sophicis spectat ad dialeticū determinare.3⁹ epilo-
gat circa determiata.2⁹ ibi¦ Qm̄ aūt dialetici.¦3ª ibi
¦ Et de elēchis qdē.¦ Dic̄ ḡ q hi loci.s.tētatiui sūt de
sophicis elēchis.i.sūt de nūo sophi^coꝝ elēchoꝝ.vñ gre
ca correctio hēt hi modi.s.tentatiui sunt sophi^coꝝ elen
choꝝ siue sophisticoꝝ sillogismoꝝ. Deinde cuz dicit.

¶ Quoniā autem est dialetici considerare
de his ꝛ posse ea facere non difficile est vi
dere. Nam que circa ꝓpositiones est me
thodus oēm habet hanc speculationem.

¶ Ondit q ꝯsiderare de talib⁹ sophicis ptinet ad diale-
ticū.d.q nō est difficile vidē:qm̄ dialetici est ꝯsiderare
de his.i.de h⁹¹ sophicis ꝛ tētatiuis:ꝛ dialetici est posse
se facere.ꝛ est rō:qr methodus que est circa ꝓpositio-
nes cōes ꝛ ideterminatas cuiusmodi sup.est dialetica:
hēt eni hāc speculationē.i.pōt specularī de oib⁹ talib⁹
tētatiuis ꝛ sophicis. ¶ Notādū aūt q si coia scripta
ispiciant ℏ ps referī solū ad sill'os appentes:uolūt eni
q phs ℏ itēdat ꝯcludē qđ dcm̄ est de locis sill'oꝝ appa
rentiū:ꝛ q spectat ad dialeticū determinare de appa-
rētib⁹ sillis.uez qr ℏ vī eē ꝯ p̄cedētiū in gb⁹ dcz est de
tētatiuis:bonū est referre hāc ptē ad sill'os tētatiuos:
uel sil referre eā ad sill'os taz tētatiuos q̄z appentes:ut
dicamus utrosq; sillos esse sophisticos:ꝛ cōsiderare de
utrisq; ptinere ad dialeticum. Ultimo cum dicit.

¶ Et de elēchis qdē apparentib⁹ dictū est.

¶ Epilogat circa determinata.d.q dictū est de elēchis
appentib⁹.i.de redargōnib⁹ appētib⁹.q.d.qđ dcz ē de
meta redargutiōis.restat ḡ dicē de alijs metis. ¶ No-
tādū aūt q dicit de elēchis appentib⁹:siue de redargu
tionib⁹ appentib⁹:qr sufficit sophiste q redarguat ap-
parēter:quō aūt dictū sit de meta redargutiōis:ꝛ utrū
dictum sit de alijs metis:ꝛ utrum de talibus ulterius
restet dicere in sequenti lectione patebit. Circa sillogis
mum tentatiuum quedam dubitare restat.

Dubitaret ergo aliqs cū dictū sit esse duo ge
nera coium.qr quedam sunt coia
q̄si negatiue ut ea que nō sūt determinate alicuius spe
cialis artis: quedam vo sunt quasi ꝓpria. tentatiua
ergo que procedit ex coibus ex quibus coibus habet
esse. ¶ Dicēdū q p artē tētatiuā ꝯtingit sumere expe
rimētū de ignorātia rūdentis.ꝛ qr p utraq; coia ꝯtin-
git ℏ fieri.iō p utraq; ꝯtingit tentare.nullus eni nouit
geometriā nisi sciat que sunt coia geometrie.vz.q lz
de p̄cto ad p̄ctū rectā lineā ducē ꝛ q lineā in contī
nuū ꝛ directū:quātū vis lz ꝓtrahere:ꝛ talia que lz sint
q̄si ꝓpria geometrie:sūt tñ adeo coia in illa scia q nul
lus geometer ea ignorare pōt. si ḡ talia qs ignoret:con
stat eū ignorare geometriā.ḡ p coia que sūt q̄si ꝓpa ar-
ti ꝯtingit tentare.sic ēt p coia que nō sunt determinati
gñis tētare ꝯtingit. Maz sic̄ spectat ad geometrā scire
coia geometrie:sic spectat ad ip̄m cognoscere q nō cō
petit geometre demōstrare nisi p ꝓpria geometrie.sta-
tim ḡ cū ꝓbaret geometre q pōt q̄dratū eē eq̄le circu-
lo.qr pōt esse maius ꝛ minus circulo:diceret ipse geo-
meter q ℏ rō nō eēt p ꝓpria geometrie.pp qđ figs hu-
ic rōni assentiret:statiz apperet eū nō esse geometraz:p
utraq; ergo cōmunia ꝯtingit tentare:qr per utraq; cō-
tingit sumere experientiam respondentis.

Alterius aūt cū supius dcm̄ sit q coia sūt gb⁹
ignoratis ignorat ars.scitis aūt nō
pp ℏ scit. Dubitaret forte aliqs de gb⁹ coib⁹ ℏ uerita-
tē hēat. ¶ Dom q utraq; coia tā ꝓpria:q̄z ēt alia pos-
sunt eē talia q eis scitis:nō ꝓpter ℏ scit ars.ignoratis
aūt ignorat. Nā de coibus que sunt quasi ꝓpa nō ha-
bet dubiū.q eni ignoraret q lz de p̄cto ad punctū re-
ctā lineā ducē.lz ℏ videat eē q̄si ꝓpriū geometrie.est ta
mē adeo cōe in illa scia q ignorās ℏ necesse est ignora
re artē illā:sciētē tñ nō est necesse scire.rursus autez qr
singule scie utunt nō solū coib⁹ que sunt q̄si ꝓpria:sed
etiaz utunt coibus alijs:ut geometria utitur maiori ꝛ
minori ꝛ equali.ideo qui ignoraret talia:de necessita-
te ignoraret geometriā:sciēs aūt nō de necitate sciret.

Alterius aūt forte dubitaret aliqs cū per coia
ꝯtingat tētare utrū per ꝓpria possit
ēt fieri tētatio. ¶ Dom q ꝑm quosdā tētatio hēt fieri
p coia ꝛ p ꝓpria:sz ℏ nō est ꝓprie dcm̄.tētare eni ꝓpe
eē hēt ut sumīt exp̄imētū de ignorātia rūdētis. iō oēs
illi fill'i q nō manifestū faciūt si rūdēs ignorat.nō ꝓpe
sunt tētatiui:ut innuebat phūs in illo capto¦ Qm̄ au-
tez habemus.¦ Et qr circa ꝓpria aliqñ ꝛ sciētes non
sunt ꝓmpti ad rūdēdū.iō p talia nō ꝓprie fit tentatio:
ut ℏ de tētatiuo logmur.rursus alia via oñdere possu-
mus q lz forte extēdendo nomen tentatiui possit dici
fieri tentatio per ꝓpria:ꝓprie tamen semp fit tentatio
per coia.cū tētatiua ut videt inuere phs ꝓprie hēat eē
circa ea gb⁹ scitis nō scit ars.ignoratis autez ignorat.
huiusmodi autem non sunt ꝓpria:sed cōmunia.

Alterius aūt.dato q tētatiua fieri hēat p utra
q; coia.taz p ea que sunt q̄si ꝓpria q̄z
etiā p alia. Dubitaret forte aliqs utrū de utrisq; tētati
uis possit ꝯsiderare dialetic⁹. ¶ Dom q cōsiderare de
aliq̄ est dupl̄r uel tradendo artē de ipso:uel utēdo ꝛ fa
ciēdo illud.dialeticus ḡ de utrisq; tētatiuis cōsiderare
pōt tradendo artē de ipsis:ꝛ utendo eis:sed utroq; tē-
tatiuo ꝑm q h⁹¹ est uti nō ualet.nullus eni pōt tentare
p coia:nisi ea nouerit.cū ḡ dialetic⁹ ꝑm q h⁹¹ sciat coia
ideterminata.nō sciat aūt coia que sūt q̄si ꝓpria ꝑm q
h⁹¹ poterit tētare ex coib⁹ simpl̄r:nō aūt ex coibus q̄si
ꝓprijs.poterit tñ tradē artē de tētatiuis ut p̄cedūt ex
coib⁹ q̄si ꝓprijs:nā sicut tradit artē de demōstratiuis
oñdēdo q demōstratiue artes debēt demōstrare ex p-
prijs:nō tñ utit̄ ꝓprijs demonstrationib⁹ spāliū artiū
sic pōt tradē artē quō ꝯtingit tentare ex coib⁹ quasi p
prijs.h⁹¹ tñ tētatiōe nō ꝓprie utunt dialetici:sed utun
tur ea qui incomplete sciunt ꝯscientias speciales.

Alterius aūt forte dubitaret aliqs.utruz ois
tētatiua possit dici dialetica quedā.
¶ Dom q ut pz ꝑ hita: ois tētatio uel fit ex coib⁹ sim-
pl̄r:uel ex coib⁹ q̄si ꝓprijs.ex ꝓprijs aūt simpl̄r:ut dice
bat:nō ꝓpe fit tētatio. Cū ergo coia que sunt q̄si ꝓpria
spāliū artiū ꝑz q h⁹¹ nō sint nota dialetico:cū dicitur

ꝙ tentatiua eſt q̄dā dialetica: intelligēdū eſt de tentatiua que ꝓcedit dialetice: ⁊ ꝓcedit de coib⁹ ex qb⁹ ꝟz ꝙ ꝑ⁹ hēt ꝯſiderare dialetic⁹. Nō autē intelligendū eſt de coib⁹ alijs. imo qr tētatiua eſt gñis ideterminati ꝟz alt quo mō poſſit dici tētatiua q̄ ꝓcedit ex coib⁹ q̄ſi ꝓpꝛijs ꝙ antonomaſiā cū dr tētatiua: itelligēdū ē de illa q̄ ꝓcedit ex coib⁹ ideterminatis: ⁊ illa eſt dialetica quedam.

Alterius aūt. cū tētatiua dicat eē ideterminati gñis: ⁊ taz dialetica q̄z rhetorica ſint de talib⁹ qbuſdā que coiter quodāmō oiuz eſt cognoſcere: ⁊ nulli⁹ ſcie determinate: ut dr ꝑ⁹ rhetoricorū. Dubitaret forte aliqs. utrū poſſit fieri tentatio rhetorice: ſic fit dialetice. ¶ Dōm ꝙ ꝓpꝛiuz iſtrm rhetoris eſt entimema: ſicut ꝓpꝛiū inſtrm dialetici eſt ſillus. ⁊ qr utroqz mō tā entimematice q̄z ſillogiſtice pōt ſumi expimētū de iḡrātia rñdētis: ꝯtingit tētare tā dialetice q̄z rhetorice. ꝓp qd ſicut idē ſillus mäliter pōt eē dialeticus ⁊ tētatiuus: ſic idē entimema mäliter poterit eſſe rhetoricū ⁊ tētatiuū. ⁊ dico mäliter: qr nō ſm eādē rōnē erit ḃ ⁊ illud. imo ſicut idē ſillus nō ſm eandē rōnē eſt dialeticus ⁊ tētatiuus: ſed dialeticus eſt ut aggenerat opionē: tētatiuus aūt ut ſumit expimētū. ſic idem entimema erit rhetoricū ⁊ tentatiuuz: ſed rhetoricum erit ut perſuadet. tentatiuum vō ut ſumit experimentum de ignorantia reſpondentis.

Alterius aūt cū tentatio poſſit fieri dialetice ⁊ rhetorice. dubitaret forte aliquis utrū utrūqz genus tētationis cōtingere hēat circa oēs ſcias. ¶ Dōm ꝙ ut declarauimus in rhetoricis. dialetica magis dirigit itell'm ut cōparaī ad actū ſm ſe. rhetorica vō magis ip̄m dirigit circa illa in qb⁹ eſt aptus natus moueri ab appetitu: ꝓp qd dialetica magis deſcendit in artes ſpeculatiuas. Rhetorica vō magis in politicas ⁊ morales: ⁊ qr tētatiua dicit cōe applicatuz ad ꝓpꝛia. cū dialetica magis ſit apta nata applicari ad ſpeculatiua: rhetorica vō ad moralia magis apte uel magis cōmode fiet circa ſpeculatiua tētatiua dialetice ⁊ circa moralia magis rhetorice. poterit ḡ ꝑ dialeticaz circa ſingulas artes fieri tētatio. nō tñ ita apte fiet ḃ⁹¹ tētatio circa moralia. ſicut circa ſpeculabilia: ⁊ hꝫ dialeticas tētatiōes applicare poſſumus ad moralia: ſz nō ita apte: ſic ⁊ rhetoricas applicare poſſumus ad ſpeculatiua: ſed nō ita cōmode. Et ſciēdū ꝙ tētatiōes dialetice uliores ſunt q̄z rhetorice. nā ḃ⁹¹ tētatiōes adaptari poſſunt ad oēs artes: licet magis cōmode ad vnā q̄z ad aliā. rhetorice vō non ſic. qr forte ad doctrinales ut ad geometriā in quib⁹ non arguitur nec ex fine nec ex bono: non videntur talia adaptari poſſe.

Alterius aūt. dato aliqs tētatiōes eſſe rhetoricas aliqs vō dialeticas dubitaret forte aliqs: utrū de tētatiuis debuerit fieri ſpāle capl'z in rhetoricis ſicut de eis fit ſpāle capl'm in dialeticis. ¶ Dicēduz ꝙ nō eſt ſile de rhetoricis ⁊ de dialeticis. dialetica eni eſt directio itellect⁹ ⁊ ꝯſiderat ea que ſe tenent ex pte rōnis magis ſm ſe. Rhetorica vō ꝯſiderat talia non ſimplr ⁊ ſm ſe: ſz magis ut ſunt applicata ad negociū politicū. cū ḡ tētatiua dicat cōe aliqd non applicatū: oportuit in dialetica facere ſpāle capl'm de ḃ⁹¹ applicatiōe: cū ipſa dialetica de ſe nō dicat qd applicatū uel qd ꝯtractū. In rhetorica vō non ſic oportuit: qr ipſa rhetorica de ſe eſt qd applicatū ⁊ ꝯ̄ctum. ꝓp qd bene dictū eſt ꝙ rhetorica nō eſt dialetica ſimpliciter: ſed eſt dialetica quedam.

Alterius aūt dubitaret aliqs. utrū tentatiuus ſit idē qd ſill's peccās in foꝛa. ¶ Dicēdū ꝙ tētatiuus nullo mō eſt idē ꝙ ſillus peccans in foꝛa: ⁊ ut ad ꝓ̄s ſpectat differt ab eo in tribus. ꝑ⁹ dꝛia eſt: qr ſillus peccās in foꝛa nō eſt ſillogiſtic⁹ ſiue nō ſillogiçat. tētatiuus vō ſillat. hāc aūt dꝛiaz tetigit ꝓ̄s in illo capl'o. Et ſillus litigioſus ⁊ ſophiſticus. ¶ Ubi diſtinguit duplicē ſill'm ſophiſticū: q̄z vnus nō eſt ſillogiſticus: ſz appens: ut ſill's peccās in foꝛa. alter vō eſt ſillogiſticus ut tētatiuus. 2ª dꝛia eſt. qr ſillus peccās in foꝛa nō ꝓpe ſumit expimētū de iḡrātia rñdētis. tentatiuus vō ſumit. hāc aūt dꝛiaz tetigit ꝓ̄s in illo capl'o. Q̄m aūt habem⁹. ¶ Ubi vult ꝙ ſilli ſophici ⁊ peccantes in foꝛa manifeſtū nō faciūt: ſi rñdēs iḡrat. qr ſophiſte non ſolū iḡrantē: ſz ⁊ bñ ſcientē ipediūt hꝫ oronib⁹ 3ª dꝛia eſt: qr ſillus peccās in foꝛa directe opponit ſillo dialetico. oēs eni tales ſilli reducunt ad ignorātiā elēchi. ſillogiſmus vō tētatiuus magis directe opponit demonſtratiuo: non enim directe opponit ſillo dialetico: cuz tentatiua ſit dialetica queda ut ſuperius dicebaī.

Alterius forte dubitaret aliqs. utrū ſillus tentatiuus ſit idē qd peccās in materia

¶ Dōm ꝙ foꝛaliter nō eſt idē: nō eni ſm eādē rōnē dicit ſillus peccare in mā: ⁊ eſſe tentatiuus: ſed peccat in mā. ut eſt ex falſis. tētatiuus eſt ut ſumit expimētū. nō ḡ foꝛmaliter ſunt idē: mäliter aūt ſe hñt ſicut excedētia ⁊ exceſſa. nā aliqs ſillus peccat in mā qui nō eſt tētatiuus. ⁊ aliqs eſt tētatiuus qui nō peccat in mā: nā ſi ſillogiſmus ſit ex talib⁹ falſis que nō videanī rñdeti: nec ꝯtingat per ea ſumere expimētū de rñdēte: erit peccās in mā: ſed nō erit tētatiuus. rurſum, ſi fiat ꝓceſſus ex cōmunib⁹ ad ꝓpꝛia: ⁊ ex tali ꝓceſſu poſſit ſumi expimentū de rñdēte ſi nō accipiant falſa erit tētatiuus: ſed nō peccabit in mā. poteſt ergo eſſe peccans in mā qui nō eſt tentatiuus: ⁊ tentatiuus qui nō peccat in mā.

Alterius autē forte dubitaret aliqs. utrū ſillus tētatiuus ſit ſillus dialeticus. ⁊ videt ꝙ nō: qr ſillus tentatiuus pōt ꝓcedere ex falſis. ⁊ pōt peccare in mā: ſz ſillus peccās in mā: ut ſuperius dicebatur. non eſt ſillus dialeticus. ergo nec ſillus tentatiuus erit ſillus dialeticus. ¶ Oppoſitū videtur uelle philoſophus qui ait ꝙ tentatiua eſt dialetica quedam quod non eſſet niſi idem eſſet ſillus tentatiuus ⁊ dialeticus. ¶ Reſpondeo dicenduz ꝙ ſillus tentatiuus eſt ſillus dialeticus. primo qr ꝓcedit ex probabilibus. tamen qr nō procedit ex probabilibus ſimpliciter: ſed ex probabilibus reſpondenti: magis ꝯuenit: ⁊ magis eſt idē cū ſillo dialetico: ut ſit cuidaz: q̄z cū ſillo dialetico ſimplr: ⁊ inde eſt ꝙ tētatiua nō dr dialetica ſimplr: qr nō ꝓcedit ex ꝓbabilib⁹ ſimplr: ſz dr dialetica quedaz: qr ꝓcedit ex ꝓbabilib⁹ cuidā: ut qr ꝓcedit ex ꝓbabilibus rñdēti. eſt ḡ ſillus tētatiuus dialeticus nō ſimplr: ſz dialeticus qdā. nec ēt eſt penit⁹ idē cū ſillo dialetico tali: tū qr nō ſub eadē rōne dr talis ſillus ⁊ tētatiuus: tū ēt qr nō ſp talis ſill's eſt tētatiu⁹: ſz tūc eſt ḃ⁹¹ ſill's: q̄n fit ꝓceſſus ex coib⁹ ad ꝓpꝛia. ¶ Qd vō opponit ꝙ pōt peccare in mā ḡ nō eſt dialeticus. ¶ Dōm, ꝙ ſic peccat in mā dialetica: ſic nō eſt dialeticus. pōt eni peccare in mā ſilli dialetici ſimplr. qr pōt ꝓcedere ex nō ꝓbabilibus ſimplr. nunqz tñ ſm ꝙ ḃ⁹¹ peccat in mā ſilli dialetici. cuius cauſa eſt. qr ſemp ꝓcedit ex ꝓbabilib⁹ alicui. eſt eni de rōne tentatiui ꝙ ꝓcedat ex his que videntur rñdēti. pōt ḡ eſſe ꝙ ſillus tētatiuus nō ſit ſillus dialeticus ſimplr: ſz nō pōt eſſe qn ſit dialeticus qdā. dialetica eni ut eſt quedā ⁊ ut eſt obuiatiua pōt ſillogiçare ex falſis ꝓpter ignorantiam eius qui dat orationem.

Alterius aūt forte dubitaret aliqs cū per ſill's tentatiuū ꝯtingat tētare alias ſcias ſpāles. utrū per talē ſill'm ꝯtingat tentare ipſam dialeticā. ¶ Dicendū ꝙ ut ſupꝛa dicebaī. dialeticus eſt artifex coꝛis: ⁊ eſt artifex ſpālis: ⁊ ea hēt que ſe tenēt ex pte rōnis tanqz ſpālē mām circa quā uerſaī: qr ſic eſt aliquo mō deteriati gñis ꝯtigit ſi mō ſumē expimētū de aliq ut z nouerit dialeticā uel nō. ut aūt nō eſt determinati gñis nō ꝓpꝛie ꝯtingit fieri tētationē circa ipſam.

Alterius forte dubitaret aliqs. utrū fillus tentatiuus debeat dici sophic⁹. ⁊ vī q̄ nō: nā si est sophistic⁹ hoc est: q̄ est ex coib⁹ ad ꝓpria: ut vī pbs uelle in lra: sz cū ex dialetica possimus illogiçare ex oi ꝓblemate: ⁊ habeamus viā per ipsaz ad phiaz ⁊ ad spāles disciplinas: ut vī uelle pbs p⁹ topicoꝝ. si h̄ sufficeret ad hoc q̄ aliqs fit fill's sophi⁹. seq̄ret q̄ fill's dialetic⁹ fz q̄ h⁹¹ eēt sophi⁹: qđ est icōueniēs. ¶ Op positū aūt vult pbs in lra qui vult fillm tentatiuū esse sophisticū. ¶ Dōm q̄ ois fill's deceptori⁹: fz q̄ h⁹¹ pōt dici sophi⁹. tripl'r aūt cōtigit decipi in illogiçādo. p⁹ peccādo in forma. 2⁹ peccādo in mā. ⁊ 3⁹ tentādo. peccādo eni in forma illogistica decipimus ⁊ sophisticamus. q̄ fiāmus nos illogiçare ⁊ nō illogiçamus. peccādo eni in mā decipimus ⁊ sophisticamus: q̄ ⁊ si illogiçamus. possumus tñ nos fingē illogiçare ex vīs cū illogiçamus ex falsis. 3⁹ tentando sophisticamus ⁊ decipimus. q̄ dato q̄ illogiçemus ⁊ fit fill's ex vīs fiāmus nos fill'are ex ꝓpriis cū illogiçemus ex coib⁹. ¶ Qđ vo dī q̄ fill'us dialeticus est sophicus: cū possit esse ex coibus ad ꝓpria. ¶ Dōm q̄ dialeticus accipit coia ut coia sūt: sed tentatio accipit coia ⁊ simulat se accipe ꝓpria. iō magis est deceptorius ⁊ sophicus tētatiuus q̄z dialeticus. Uel possumus dicē q̄ fz dialeticus non fit sophista simpl'r: forte nō est icōueniēs q̄ fit sophista aliqs: nā sicut rhetor cū itromittit se de politicis est q̄dā⁹ sophista politic⁹: q̄ nō hēt fm q̄ h⁹¹. vñ in tali mā ex ꝓpriis arguat: sic dialetic⁹ cū intromittit se de spāli bus disciplinis: ut cū itromittit se de geometria est sophista geometer. q̄ fm q̄ dialeticus est ex ꝓpriis geometrie arguē nō pōt. pz ḡ quō fill's tētatiuus fit sophisticus. quō aūt fit litigiosus supius sufficiēter est dctm: ⁊ h̄ sufficiant de fillogismo tētatio: de quo fumus diffusius prosecuti. quia in determinādo de eo alios defecisse conspeximus. Cap. IX.

Alsuz aūt in aliquo oñdere: ⁊ ofonē ad iopiabile ducē: hoc enīz fuit fz ꝓpositū sophistice uolūtatis.

¶ Scdm cōem ꝓtinuatiōez postq̄z pbs determinauit de meta redargutionis. In pte ista determiat de alijs metis. uez q̄ in hac pte aliq̄ tradit de meta redargutiōis: ⁊ etiā q̄ h̄ nō determinat de fillis sophicis per q̄s pñt cōcludi tales mete: sz solū dat q̄sdā idoneitates ad cōcludēdū eas. iō possumus h̄ capz aliter ꝓtinuare, dđo q̄ pbus in p̄cedētib⁹ determinauit de fillis sophicis p q̄s pñt ꝓcludi h⁹¹ mete. In pte aūt ista ponit q̄sdā idoneitates ⁊ q̄sdā cautelas p q̄s aptius tales mete cōcludi pñt. ⁊ q̄tuor facit. q̄ p⁹ ponit h⁹¹ idoneitates ad cōcludēdū fl'm ⁊ iopinabile. 2⁹ ponit idoneitates ad nugationē. 3⁹ ad soloecismū. 4⁹ ⁊ ultio ad redargutionez igit respectu oiuz metaꝝ ponunt h̄ idoneitates ⁊ cautele. 1ª ps ibi¦ De facē ät nugari. ¦ 3ª ibi¦ Soloecism⁹ aūt q̄le qđ. ¦ 4ª ibi¦ Differt aūt nō paꝝ. ¦ Notandum aūt q̄ forte iō ultimo ponit cautelas deseruiētes mete redargutiōis: ut oñdat q̄ finalis ⁊ ultimata intētio sophiste est redarguere. ¶ Notādū etiā q̄ iō fil' determinat de meta falsi ⁊ de meta iopinabilis. q̄ falsum ⁊ inopinabile plus vñr ꝓuenire q̄z alique alie mete. uerum eni ut cōsideraī a logico cōcipit sb rōne ꝓbabilis, ꝓbabile aūt modicū vī differre ab opinabili. sic etiā ⁊ fl'm ꝓsideraī a logico sb rōne iꝓbabilis: ⁊ q̄ iꝓbabile modicū differt ab iopinabili. cū ḡ sophista uelit apparere dialeticus. q̄ falsum ut ꝓsideraī a dialetico modicū differt ab inopinabili. ḡ he due mete magnā affinitatē hñt: ⁊ fil' de eis h̄ tractaī. ¶ Hoc viso sciendū q̄ circa ptē p̄mā duo facit. q̄ p⁹ determinat de falso ⁊ iopinabili fil'. 2⁹ dat cautelas ad vnūqđq; p se. 2ª ibi¦ Ad mentiētē aūt. ¦ Prima ps diuidit in duas. q̄ p̄mo ꝓtinuat ad se dicēda. 2⁹ exeq̄t de intēto ibi¦ Primū qdem ex eo. ¦ Cōtinuat aūt sic. dcm̄ est de fillis sophicis per q̄s ꝓcludunt h⁹¹ mete. Restat aūt dicē de cautelis per q̄s aptius ꝓcludemus eas. ⁊ p⁹ dicemus de falso ⁊ inopinabili. iō dicit q̄ oñdere falsuz in aliquo. i. in aliq̄ ofone: ⁊ ofone. i. per ofonē ducē ad inopinabile sup. quō h̄ apte fiāt: ⁊ per q̄s cautelas fieri hñt nūc ē dōm ⁊ determinādū: ⁊ ē rō: q̄ h̄ sūt fz itētū sophice uolūtatis. ¶ Notādū āt q̄ p⁹ itētio sophiste est redarguē. sz post hanc metam nihil ita intendunt sophiste sicut ducere ad falsuz ⁊ inopinabile. ideo falsuz ⁊ inopinabile sunt id quod sophiste intendunt. Deinde cum dicit.

¶ Primū qdē est ex eo q̄ iterrogat quodām⁹: ⁊ p iterrogationē marie accidit.

¶ Exeq̄t de itēto. Ad cui⁹ euidētiā notādū q̄ in disputatiōe tria est ꝓsiderare. p⁹ iterrogationē opponētis. 2⁹ rñsionē rñdētis. 3⁹ est ibi accipe p̄ambula p̄cedētia iterrogationē ⁊ rñsionez. tria ḡ facit. q̄ p⁹ ponit cautelas sūptas ex iterrogatiōe. 2⁹ sūptas ex rñsiōe. 3⁹ sūptas ex p̄ambulis p̄cedētib⁹ utrāq;. 2ª ibi¦ Et ea que vident. ¦ 3ª ibi¦ Ēm aūt eueniendi. ¦ Circa p̄m⁹ duo facit. q̄ p⁹ oñdit q̄ ex interrogatiōe h⁹¹ cautele p̄ncipal'r sūt sumē de. 2⁹ docet tales cautelas sumē ibi¦ Nā ad nullum. ¦ Dic ḡ q̄ p̄mū q̄dām⁹ sup. sumunt cautele ex eo q̄ opponēs interrogat. i. ex interrogatiōe opponētis: nā p h⁹¹ interrogationē marie accidit q̄ apte ꝓcludam⁹ falsuz uel iopinabile. ¶ Notādū aūt q̄ fz tā ex interrogatione: q̄z etiā ex rñsiōe possint sumi cautele ⁊ idoneitates ad cōcludēdū falsum ⁊ inopinabile: p̄ncipal'r tñ sumunt h⁹¹ cautele ex interrogatiōe. ideo ait q̄ p̄mū sumenda sunt talia ex eo qđ opponens interrogat. Deinde cū dicit.

¶ Nā ad nullū determinatū ꝓpositū interrogare uenatiuū est hoꝝ: nā uane dicētes peccant magis. Uane autez dicunt quando nihil habent propositum.

¶ Ponit h⁹¹ cautelas. ⁊ duo facit fz q̄ duas cautelas ponit. 2ª ibi¦ Et interrogare multa. ¦ Est ḡ p̄ª cautela sumpta ex interrogatiōe opponētis. q̄ opponēs nō dz interrogare ad nullū determinatū positū. i. ꝓpositū. nā hoc s. nō interrogare determinate est uenatiuū hoꝝ. s. falsi ⁊ inopinabilis. ⁊ subdit causaz. q̄ uane dicentes. i. uane respondentes magis peccant. uane enīz dicunt qui nihil habēt propositū determinate ad qđ respondeāt.

Dubitaret forte aliqs. q̄ vī q̄ h̄ cautela nulla fit. q cū q̄z eni interrogat de neciate interrogat de aliq̄. ⁊ si de aliq̄ interrogat determinate interrogat. ¶ Dđz q̄ fz oporteat interrogare de aliq̄. illud tñ aliqđ pōt eē spāle ⁊ determinatū. uel gñiale ⁊ q̄si indeterminatū: ut si uellem⁹ q̄rere de lōgeuitate vite debemus querere indeterminate ⁊ gñal'r utrū aialia sint lōgeua. nō āt deberemus spāl'r interrogare de aliq̄ aiali spāl'r: utputa de leone utrū sit lōgeuus. q̄ querēdo generaliter cū nesciat rñdēs de q̄ aiali querere uelim⁹ q̄ uane loq̄t: ⁊ nescit ad qđ dirigat sermonē suū. iō talis interrogatio est uenatiua falsi ⁊ inopinabilis. q̄ per eā habemus idoneitatem ad uenandum ⁊ concludendus falsum ⁊ inopinabile. Deinde cum dicit.

¶ Et interrogare multa quamuis determinatum sit ad quod disputat.

¶ Ponit scdaz cautelā q̄ dz opponēs interrogare multa q̄uis determinatū sit ꝓpositū ad qđ disputat. ¶ Notādū aūt q̄ rō huiꝰ cautele est: q̄ in multiloquo nō deerit peccatū: ⁊ in multis rñsionib⁹ nō de facili pōt sibi rñdēs cauere: gn in aliq̄ illaꝝ deficiat. dato ergo q̄ determinata interrogemus: debemus tamen interrogare multa: ut inuoluamus respondentē. Deinde cū dicit.

¶ Et ea que videnť dicere ꝓbare facit quā dā idōeitatē: ut ad iopiabile ducat: uł flz.

¶ Ponit cautelas sūptas ex rñsiōe rñdētis: ⁊ duo facit. ſm q duas tales cautelas ponit. 2ª ibi ¶ Et si iterroga tus. ¶ Dicit ĝ q ꝓbare. i. approbare ⁊ cōmēdare que vīr rñdētes dicē facit quādā idoneitatē ut opponens ducat rñdētē ad iopiabile uel ad flm. est ĝ ħ cautela q debem⁹ cōmēdare dcā rñdētis. qz tūc nō credet nos ad uersarios suos. ⁊ nō cauebit sibi a nobis: ꝓpter qđ nō ita diligenter terminabit que dicet: sed de facili dimit tet se ruere. Deinde cum dicit.

¶ Et si interrogatus dicat aut neget aliqd hoz ducē ad que argumētari idone⁹ est.

¶ Ponit aliā cautelā. ⁊ duo facit. qz p⁰ ponit dictā cau telā. 2⁰ oñdit quō tali cautela ꝯtigit aliqñ male uti. 2ª ibi ¶ Sñt aūt. ¶ Est ĝ alia cautela sūpta ex rñsiōe rñdē tis. qz si rñdēs dicat aut neget aliquid hoz que oppo nēs ꝓposuit. opponēs oportet ipm ducē ad ea ad que argumentari est idoneus. Deinde cum dicit.

¶ Possunt aūt nūc min⁹ ledē p ħ q̄ p̄us: exigunt eni qd ħ ad id qđ est in principio.

¶ Ostēdit quō tali cautela possum⁹ uti male. Ad cui⁹ eui dētiā sciēdū q cū transferimus nos ad aliud ꝓpositū. ad qđ idonei sumus arguē sic debem⁹ uti hac cautela q nō videamur recessisse a ꝓposito. iō latēter hoc debe mus facē ⁊ nō debemus notabiliter discedē ab eo qđ ꝓposuimus: qz si notabiliter discederem⁹. possent nos ledere rñdētes. dicēdo nra dicta nō esse ad ꝓpositū. Jō ait q rñdētes post ħ. i. post trāslationē nō minus p̄nt nos ledere q̄ p̄us. qđ uez est si incaute transferamus nos: qz si fiat incauta trāslatio exigūt rñdētes qd ħ ad id qđ est i p̄n⁰ sup. ꝓpositi. dicet ĝ nob q dicta nra dis cordāt his que ꝓponebant in p̄ncipio. Deide cū dic.

¶ Elemētū āt eueniēdi: aut ad falsuz aliqđ aut iopinabile nullā statiz iterrogare posi tionem: ħ confiteri ob hoc se interrogare quod discere uelit: locum enim argumen tatio facit consideratio hec facit.

¶ Ponit cautelā sūptā ex p̄ambulis p̄cedētib⁹ iterroga tiōez ⁊ rñsionē. d. q elemētū ⁊ documētū eueniēdi aut ad falsuz aut ad iopiabile. est sup. ex his que p̄cedūt in terrogationē ⁊ rñsionē. qz statim nullā positionē. i. ꝓ positionē opponēs dz iterrogare: sz dz quedā p̄ambula p̄mittē ⁊ ꝙsiteri q ob ħ se iterrogare desiderat qz uelit discē a rñdēte. ⁊ ſbdit q hec ꝙsideratio siue ħ documē tū fac locū. i. facit viā argumētatiōis. Maz si opponēs dicit se interrogare: qz uelit discere respondens nō ca uebit sibi ab eo: ⁊ ita magis habebit viam argumentā di contra ipsum. Tunc sequitur illa pars.

¶ Ad mētiētē aūt oñdēdū ꝓprius locus so phisticus est ducē ad talia ad que abūdet orationibus: est aūt ⁊ bene ⁊ nō bene hoc facere: quēadmodū dictuz est p̄ius.

¶ In qua postq̄z posuit coia documēta ad falsuz ⁊ iopi nabile: ponit ꝓpria documēta ad ea. ⁊ duo facit. qz pri mo dat idoneitatē ad ꝙcludēdū falsum. 2⁰ ad ꝙcluden dū inopinabile ibi ¶ Kursum ut q extra. ¶ Dicit ĝ q ad oñdēdū aliquē eē mētiētē ⁊ dicē falsuz. ꝓprius mo dus sophic⁹ est ducē ip̄z ad talia ad que ipse opponēs abūdet oronib⁹. i. rōnib⁹ ⁊ argumētis. ⁊ ſbdit q ħ est facere bene ⁊ non bene: quēadmodū p̄ius dictuz est: qz si fiat caute: ⁊ notabiliter recedatur a ꝓposito fit be ne. si autem ħ non fiat: fit non bene.

